



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 6. Cæsaris literæ ad Moronum, & Lotharingium Cardinales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

S. VI.

Cæsaris Literæ ad Moronum, & Lotharingium Cardinales.

Pallav. n. 7.

Sub idem ferme tempus Cæsar datis ad Moronum literis hæc significabat: „Synodi prorogationem minime „quidem comprobo, sed opto, ut Synodus non finiatur, donec Respublica Christiana inde fructum decerpat, & Ecclesiæ suos Præsules recuperent, hinc „mihi non displicet consilium Pontificis, „quod perscribebat Cardinalis Lotharingius, de sollicitando Synodi fine Italorum simul, & Gallorum Præsulum „opera, interim tamen cuncta juxta Cænonones peragenda censeo, ne ullum „caput absque decisione relinquatur ex „iis, quorum gratia conventus fuerat „habitus, neque illa minori diligentia, „quam consueverat, ac decebat, obstinationem agitentur: secus enim „Concilio derepente præciso, in gravissimam offensionem, ac periculum amplioris ab Ecclesia secessionis incursum „iri timeo, majori cum detrimento, „quam si nunquam fuisset coactum. „Ceterum cum Moronus ad Cæsarem scripsisset, Synodum de sola universali emendatione tunc acturam, postea vero ad peculiare pro singulorum Regnorum commodo descensuram, hinc Cæsar

Cæsar in memoriam eidem revocabat, **Sæcul. XVI.**  
 quod is Oeniponti pro certo sponde- **A.C. 1563.**  
 rit, stabilitum iri celeriter, quidquid ad  
 utilitatem populorum subjectorum per-  
 tineret, proin se sperare ajebat, quod  
 tunc, si quid occurreret, quod a  
 Pontifice aut a Concilio peteret, id  
 ab illis pro eo, ac par est, expende-  
 retur, cum ipse nihil in gratiam priva-  
 tæ utilitatis suæ petiturus esset, sed in  
 emolumentum animarum ditionis suæ,  
 Imperii, ac Religionis, ut ejus reliquiæ  
 adhuc superstites conserventur. Pari-  
 ter Cæsar speciatim Lotharingio Cardi-  
 nali hæc perscribebat, „ præter opinio-  
 „nem ad me pervenit notitia, quod  
 „Pontifex tam accensam Synodi termi-  
 „nandæ voluntatem habeat, ut eo festi-  
 „net via non trita, & acclivi: porro nun-  
 „quam ego in animum inducere po-  
 „tui, hac in occasione rationes huma-  
 „nas adeo præpollere, ast ubi id peragi-  
 „tur, plurimum offensionis exinde ori-  
 „turæ prævideo.

§. VII.

*Lotharingii Cardinalis animus ad  
 hanc Cæsaris epistolam.*

Paucis hisce Ferdinandi verbis in Lo-  
 tharingio Cardinale deservescere  
 desiderium, quo Synodum absolvi, se-  
 que tanquam Legatum in Gallias de-  
 cerni vehementer usque ad hoc tempo-  
 ris

*Pallav. n. 18.*